Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8293
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

hunc textum. Nisi carnem filij hominis manducaueritis
exponit de manducatione et bibicione sacramentali
qd' laicalis populus debeat commedere sub duplici spe
sacramentali. s. panis et vini demptis hereticis viz
Nestorio et Pellagio et eorum segnatibus. Sed omnes
exponunt de manducatione et bibicione sacramentali
quod imitantes. Cum dicit. verba quae ego loquor
spiritus sunt et vita sunt. i. spiritualia sunt in
telligenda et non sacramentalia. Et sancti Aug.
super illud Joh. vi. ca. Caro mea vere est cibus
et sanguis meus vere est potus. Ante. Ecce sic
dicit. Hoc est manducare illam carnem. et illum
bibere potum in ipso mane, et illud manentem in se
habere. Ac per hoc qui non manet in ipso
et in quo ipse non manet, procul dubio non
manducat eius carnem nec bibit eius sanguinem
quamuis tantum premat dentibus carnem domini
sacramentum. Hec ille. Sed forte dicis frater cum di
cere. Cum non manducat eius carnem et
non bibit eius sanguinem sacramentalem non habebit
vitam in se ipso. i. et vitam aeternam intendimus, vt dicit ibi
Bonaventura. qd' secundum intencionem Bonaventure
sup Johannem. de duplici manducatione

Ad' dupliex est manducatio, quedam spiritualis
tantum que fit per fidem et caritatem, de qua
quod hic intelligit, et de qua etiam sanctus Aug.
et sancti Ambrosius dicit Crede et manducasti
et talis manducatio est de necessitate salutis, sine qua
nemo potest saluari. Et de illa dicit quod hic. Nisi car
nem filij hominis manducaueritis et sanguinem eius
quia talis manducatio precedit baptismum fidem spem
et caritatem. Alia vero manducatio
est sacramentalis et ista non est de necessitate salutis
licet sit magne utilitatis. Nam secundum Bonaventuram
ducatio illa nulla vita dat, nec vita gracie. nec vita
glorie. Et cum non sint plures vite necessarie ad pe
tuam vitam nisi ille due tantum. Ideo illa manducatio
sacramentalis non est de necessitate salutis. Et qd' non dat
vitam gratie. i. remissionem peccatorum. Patet quia illa vita datur
per baptismum contricionem confessionem et veram penitentiam. Et
illa vita pregnitur ad illam dignissimam man
ducationem sacramentalem alias illam ducatio
non recipit ad salutem. sed ad damnacionem. Vt patet
per istum paralelum prima ad Cor. xi. ca. vbi sic dicit. Qui